

#### 4. Das Finden einer *puella* (ars 1,41-262)

- (1) Einleitung (41-66)
- (2) Aufzählung einzelner Orte in Rom (67-78)
- (3) Das Forum (79-88)
- (4) Das Theater (89-134)  
    Aition: Der Raub der Sabinerinnen (101-134)
- (5) Der Circus (135-162)
- (6) Gladiatorenspiele (163-170)
- (7) Nachstellung der Seeschlacht bei Salamis (171-176)
- (8) Der bevorstehende Triumph über die Parther (177-228)
- (9) Das *convivium* (229-252)
- (10) Orte außerhalb von Rom: Baiae und Aricia (253-262)

##### 4.1. Einleitung (ars 1,41-66)

Dum licet et loris passim potes ire solutis,

**elige cui dicas ,tu mihi sola places.‘**

**Haec tibi non tenues veniet delapsa per auras;**

quaerenda est oculis apta puella tuis.

Scit bene venator, cervis ubi retia tendat; 45

[...]

Tu quoque, **materiam longo qui quaeris amori,**

**ante frequens quo sit disce puella loco.** 50

[...]

**Tot tibi tamque dabit formosas Roma puellas,** 55

**,haec habet' ut dicas ,quicquid in orbe fuit.'**

[...]

**Quot caelum stellas, tot habet tua Roma puellas:**

mater in Aeneae constitit urbe sui. 60

**Seu caperis primis et adhuc crescentibus annis,**

ante oculos veniet vera puella tuos;

**sive cupis iuvenem, iuvenes tibi mille placebunt:**

cogeris voti nescius esse tui.

**Seu te forte iuvat sera et sapientior aetas,** 65

hoc quoque, crede mihi, plenius agmen erit.

#### **4.2. Das Forum (ars 1,79-88)**

**Et fora conveniunt** (quis credere possit?) **amori,**

flammaque in arguto saepe reperta foro. 80

[...]

Illo saepe loco capitur **consultus** Amori,

quique aliis cavet, non cavet ipse sibi:

illo saepe loco desunt sua verba diserto, 85

resque novae veniunt, causaque agenda sua est.

Hunc Venus e templis, quae sunt confinia, ridet;

**qui modo patronus, nunc cupit esse cliens.**

### 4.3. Das Theater (ars 1,89-134)

**Sed tu praecipue curvis venare theatris;**

haec loca sunt voto fertiliora tuo. 90

**Illic invenies quod ames, quod ludere possis,  
quodque semel tangas, quodque tenere velis.**

**Ut** redit itque frequens longum **formica** per agmen,  
granifero solitum cum vehit ore cibum,

aut **ut apes** saltusque suos et olentia nactae 95

pascua per flores et thyma summa volant,

**sic** ruit ad celebres **cultissima femina** ludos;

**copia iudicium saepe morata meum est.**

**Spectatum veniunt, veniunt spectentur ut ipsae:**

**ille locus casti damna pudoris habet.** 100

#### 4.3.1. Das Aition für das Theater als Liebesfalle (ars 1,101-134)

Primus sollicitos fecisti, **Romule**, ludos, 101

cum iuvat viduos rapta **Sabina** viros.

[...]

Romule, militibus scisti dare commoda solus:

haec mihi si dederis commoda, miles ero.

Scilicet ex illo sollemnia more theatra

nunc quoque formosis insidiosa manent. 134